

- cum Gregorio, qui sic exponit illum locum Iob: «constitutos in Dei prescientia»; quia, scilicet, hos ut et futura queque prescivit⁽¹⁾. ut autem in sequentibus dicemus, Dei prescientia nichil obviat humane solertie, qua enitumur, non ut mortem vitemus; id enim fieri non potest; sed ut vitam tueamur. hinc emergit id urgere nichil quod adiecisti: «stultum vitare mortem quam vitare non possis». suo namque digressu quis mortem non evitat sed vitam tuetur; quam tueri cum nature suasu instinctuque ducimur, tum sinimur a Deo, cuius iniussu hinc demigrare catholicis scripturis vetamur, philosophorum etiam documentis, precipue Pictagore⁽²⁾, non permittimur. «at enim secessu vitam non tueris. huc enim fugias an «illuc, dispositio fixa non tollitur». quomodo non tueris? non extimamus Deum quosdam secrevisse, hisque solis tanquam selectis morbos immittere, ita ut nec corruptus aer cooperetur aliquid nec influxus etiam celorum aliquid. sed non sic phisici, non sic medici, non sic astronomi, quibus videtur influxum aut minus benignum affectum celi vel aliquorum syderum horum morborum causas esse, et inde maculari alitum aeremque pestiferum fieri. quem qui hauerit, si quis est paulo humidior aut alia quavis causa in obsistendo debilior, tanquam si veneni potionem accepisset, mox emoritur. Easdem causas, si volumus poetas audire, apud eos etiam reperimus. ut enim ordiamur a maximo, nonne Virgilio sic esse visum eius illa testantur?⁽³⁾.

Subito cum tabida membris

- 25 Corrupto celi tractu miserandaque venit
Arboribusque satisque lues et letifer annus,
Linquebant dulces animas aut egra trahebant
Corpora, tum steriles exurere Syrius agros,

et que sequuntur.

- 30 Quid Statio? idem profecto cum Virgilio tanquam eius optimus imitator. quid igitur ait?

Delius insurgit summaque biverticis umbra
Parnasi residens arcu crudelis iniquo

(1) S. GREG. *Expositio moralis in Iob*, XIV, 5 (lib. XII, cap. II).

(2) CIC. *De senect.* XX, 73.

(3) VERG. *Aen.* III, 137-41.

so in senso generale, secondo l'esposizione che ne dà san Gregorio.

La prescienza di Dio non toglie la diligenza umana nel conservare la vita, e cade pertanto l'obiezione che dalla morte non ci si scampa; giacchè chi fugge non evita già la morte, ma tutela la propria esistenza, secondo l'istinto naturale e col consenso di Dio, senza il cui comando non è lecito morire.

«Ma non la tua tela, chè il divin decreto non s'infrange».

Ha Dio allora predestinato alcuni al contagio, quasi l'aria e l'influsso celeste non vi avessero parte?

Non così insegnano gli scienziati, i quali asseriscono causa della peste esser l'influsso maligno del cielo, onde l'aria diviene velenosa, talchè, a respirarla, i deboli ne muoiono.

Altrettanto attestano i poeti:

Virgilio,